Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26856
Copyright: Admont, Benediktinerstift

rem. ds de patre homo de matre
ds occultus homo manifestus.
℟. Ecce agnus dei qui tollit peccata mundi ecce de quo dicebam uobis qui post me uenit ante me factus est cuius non sum dignus corrigam calciamenta soluere.
℣. Hoc est testimonium quod phibuit iohannes. Qui p̃m. Poet. ℣. Qui de terra est de terra est de terra loquitur qui de celo uenit super omnes est. Qui post me.
De celis medicus transiens p̃ uirgine post tm̃ situm suum illesam fecit uirginem p̃manere. Qui enim disrupta corporum membra poterat in alius reintegrare tangendo quantomagis in sua matre qd inuenit integrum n̄ potuit n̄ uiolare nascendo. Creuit enim magis in eius partu integritas corpis quam decreuit et uirginitas ampliata est pocius quam fugata. ℟. Continet in gremio celum terramq; regentem uirgo dei genitrix p̃ceres comitantur berilles per quos orbis ouans xp̃o sub principe pollet. ℣. Domus pudici pectoris templum repente fit dei intacta nesciens uirum uerbo concepit filium. Uirgo dei.
Predicamus hodie natum de uirgine saluatorem. et infantem impsepio positum cum uiglantib̃ pastoribus monuti ab angelis adoremus. Exhibeam̃ fidem uirtutib̃ reuerentiam sanctis testib̃ p̃beam. et symeon cognoscenti. et anime dn̄m confitenti. et iohanni baptizanti. et iordani purgato. et spiritui sc̄o descendenti. et celis aptis. et patri testimonii phibenti. et uirgini p̃manenti. et stelle fulgenti. et columbe descendenti. et ipsi dn̄o omne tempt̃ationē supanti. ℟. Benedictus qui uenit in nomine domini deus dominus et illuxit nobis. ℣. Lapidem quem reprobauerit edificantes hic factus est in caput anguli a domino factum est istud et est mirabile in oculis nr̄is. Ds dn̄s. Mat̄ Lauds. ā. Genuit puerpa sola eam̄. Capitul. Multifariā. ℟. Notum fecit dn̄s. ymnus. Prē redemptor. In ev̄. ā. Verbum caro. Or. Concede qs̄ omps ds. Ad. I. ā. In p̃ncipio. In ā. Ecce agnus di. VI. ā. Ecce de q̄ iobs. VIII. ā. Nato dn̄o. In. II. vesp. ā. Tecum p̃ncipū cum reliqs. Capit. Multifariā.
℟. Verbum caro. ymn̄. Solis ortus. In evgēlio. ā. O rex gentis celi. Or. Concede qs̄ o ds. Sedi.
Facta est Maria scala celestis quia p ipsam ds descendit ad terras. ut p ipsam homines merean̄t ad celos ascendere. Ipsis enim licebit ascendere illuc. qui dm̄ crediderint ad terram p uirginem Mariam descendisse. ℟. Hic qui aduenit nemo scit nomen eius nisi ipse solus uocatur. uerbum domini habens uestem preclaram et omnes chori angelorum in albis sequuntur illum. ℣. Ecce aduenit do